GRATIANUS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 259r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

adorari debuissent confregisti. Et quidem quia eas adorari vetuisses. omnino laudavimus.
fregisse vero reprehendimus. Dic frater a quo factum sacerdote auditum aliquando quod fecisti. Aliud
est enim picturam adorare. aliud per picture ystoriam quid sit adorandum addiscere. Nam quod
legentibus scriptura. hoc idiotis prestat picta cernentibus. quia in ipsa ignorantes ui
dent quid sequi debeant. in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde et precipue gentibus pro lectio
ne pictura est. Item ex vii synodo. *Imagines sanctorum memoria sunt et recordatio*
Venerabiles imagines christiani non deos appellant. neque serviunt eis *pictorum*
ut diis. neque spem salutis ponunt in eis neque ab eis expectant futurum iudicium.
sed ad memoriam et recordationem primitivorum venerantur eas et adorant. sed non ser
viunt eis cultu divino. nec alicui creature. Adrianus papa Tharasio patriarche.
Sextam sanctam synodum recipio cum omnibus *Non in agni sed in hominis specie christus est figurandus.* *S. p. i. d. vi. C. iiii.*
canonibus suis. in quibus dicitur: In quibusdam sanctarum imaginum agnus precursoris digito os
tenditur. et depingitur qui in figuram transiit gratie. verum nobis per legem moysi promon
strans agnum. id est christum deum nostrum. Antiquas igitur figuras et umbras a veritatis prefi
guratione ecclesie sancte traditas uale dicentes. gratiam et veritatem preferimus et sic ple
nitudinem legis percipimus. Verum igitur agnum dominum nostrum iesum christum secundum humanam
imaginem amodo in imaginibus pro veteri agno pingi iubemus. Augustinus in libro de trinitate.
Omnes quos legere potui qui ante me *Fides trinitatis et unitatis inviolabiliter est servanda.*
scripserunt de trinitate que deus est divinorum librorum veterum et novorum catholici tractato
res hoc intenderunt secundum scripturas docere quod pater et filius et spiritus sanctus unius eiusdemque substantie
inseparabili equalitate divinam insinuant unitatem ideoque non sunt tres dii. sed unus deus.
quamvis pater filium genuerit. et ideo filius non sit qui pater est. filiusque a patre sit genitus. et ideo pater non sit
qui filius est. spiritusque sanctus nec pater sit nec filius. sed tantum patris et filii spiritus. et patri et filio et ipse
coequalis. et ad trinitatis pertinens unitatem. non tamen eandem trinitatem natam de virgine
MARIA et sub pontio pilato crucifixam et sepultam. et tertia die resurrexisse.
et in celum ascendisse. sed tantummodo filium. nec eandem trinitatem descendisse in specie co
lumbe super iesum baptizatum. aut die pentecostes post ascensionem domini sonitu
facto de celo. quasi ferretur flatus vehemens. et linguis divisis velut ignis. sed
tantummodo spiritum sanctum. nec eandem trinitatem dixisse de celo. tu es filius meus. sive cum bapti
zatus est a iohanne. sive in monte. quando cum illo erant duo discipuli. aut quando sonuit
vox dicens. et clarificavi. et iterum clarificabo. sed tantummodo patris vocem fuisse